



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs  
missis**

**Venetijs, 27. Okt. 1501**

Missa in honore s[anc]te crucis. Jntroi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

dixi vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit credatis. Ita non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus: quod diligo patrem: et sicut mandatum dedit mihi pater: sic facio. **Offertorium.**

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera alla. **Secreta.**

**M**unera quod domine oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda.

**Ver.** in unitate eiusdem. **Canto.** Factus est repente de celo sonus aduentantis spiritus vehementis: ubi erant sedentes alla: et repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei alla. **Doctores.**

**S**ancti spiritus domine corda nostra munda in fide: et sui rosis intima asperis fecundet. **Ver.** in unitate eiusdem. **Missa in honore**

**scilicet crucis. Introitus.**

**Os** autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi: in quo est salus vita et resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumus. **Deus** misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. **Oratio.**

**D**eus qui unigeniti filii tui precioso sanguine victimice crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quod eos qui eiusdem sancte crucis gaudet honore: tua quoque ubique preces gaudere. **Ver.** eiusdem.

**Epistola ad philippenses. ij. ca.**

**R**atres: Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine iesu omne genu flectatur: celestium: terrestrium: et infernorum: et omnis lingua confiteatur: quia dominus iesus christus in gloria est dei patris.

**Grad.** Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: et dedit illi nomen quod est super omne nomen. **Alleluia.** Dulce lignum dulces clauos: dulcia ferrea pondera: que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum. **Alleluia.** Dicite in gentibus: quia dominus regnauit a ligno. **Secundum matth. xx. c.**

**I**n illo tempore: Assumpsit iesus duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam: et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis

**Et**

et condēnabunt eū morte. Et  
tradent euz gentibus ad illu  
dendū et flagellandū: et cruce  
figendū: tertia die resurget.

**Offer.** Protege dñe plebē tuā  
per signum sancte crucis ab om  
nibus insidijs inimicōz omniū  
vt tibi gratam exhibeamus ser  
uitutem: et acceptabile fiat sacri  
ficium nostrum alta. **Secreta.**

**H**ab omnibus purget of  
fensis: que in ara crucis imo  
lata: etiam totius mundi tulit  
offensaz. **Ps. Solo.** Per signū  
crucis de inimicis nostris libera  
nos deus noster. **Postcōio.**

**A**desto nobis dñe deus  
noster: et quos sancte  
crucis letari facis honore: ei⁹  
quoq; perpetuis defende sub  
sidijs. **Per. Missa in cōme  
moratiōe bñe virginis marie  
ab aduētū vsq; ad natiuitatē.**



**Oratio. Introitus.**  
celi desuper: et nubes  
pluant iustū: aperiat  
terra et germinet sal  
uatore. **Ps.** Et iustitia orietur si  
mul ego dñs creauit eū. **Glia.**

**U**te marie virginis vtero  
verbum tuum angelo nunci  
ante carnem suscipere volui  
sti: presta supplicibus tuis: vt  
qui vere eam genitricem dei

credimus: eius apud te inter  
cessionib⁹ adiuuemur. **Per**  
eundem. **Epistola.** Locutus  
est dominus ad achaz. **fol. 3.**  
**Gradu.** Tollite portas prin  
ces vestras: et eleuamini porte  
eternales: et introibit rex glorie.

**¶** Quis ascēdet in montem do  
mini: aut quis stabit in loco san  
cto ei⁹: innocens manib⁹ et mū  
do corde. **H. Ieluisia.** **¶** Ave ma  
ria gratia plena domin⁹ tecum:  
benedicta tu in mulierib⁹. **Enā**

**getium.** Missus est gabriel.  
**fol. 3.** **Offertō.** Ave maria  
gratia plena domin⁹ tecum be  
nedicta tu in mulierib⁹: et benedi  
dict⁹ fruct⁹ v̄tris tui. **Secre.**

**I**n mentib⁹ nostris que  
sumus domine vere fi  
dei sacramenta confirma: vt  
qui conceptum de virgine de  
um verum et hominem confi  
temur: per eiusdem salutifere  
resurrectionis potentiam: ad  
eternam mereamur perueni  
re leticiam. **Per eūdē. Solo.**  
Ecce virgo concipiet et pariet fi  
lium: et vocabitur nomen eius

**G**emmanuel. **Postcōmūo.**  
**R**atiā tuaz que sum⁹  
domine mentibus nostris in  
funde: vt qui angelo nunci  
ante christi filij tui incarnati  
onem cognouim⁹: per passio  
nē eius et crucem ad resurrexer